



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 109. Bulla adversus membrorum Synodalium aggressores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

§. CIX.

Sæcul. XV.
A.C.1415.*Bulla contra membrorum Synodalium
aggressores.*

Cum vix fieri posset, ut non subinde *Ibid. p.145.*
 tumultus aliqui, atque excessus in ci- ~~Eq~~ / eq.
 vitate Constantiensi orirentur, in qua tam
 copiosa hominum multitudo diversæ
 conditionis, atque diversis ex negotiis
 confluxerat, hinc Synodus sub finem
 hujus Sessionis severam edidit Constitu-
 tionem, contra omnes & singulos cuiuscun-
 que dignitatis vel gradus fuerint, etiam si
 Pontificali, imperiali, regali vel alia qua-
 cunque Ecclesiastica vel sœculari prœfulgeant
 dignitate, qui ad Synodum vénientes, aut
 Constantiæ morantes, vel inde recedentes oc-
 cidere aut bonis suis spoliare, vel injuriis
 afficere præsumperint. Eademque leve-
 ritate perstrinxit illos, qui ejusmodi delin-
 quentes reciperen, vel eis auxilium, consi-
 lium, favoremque præstarent. Soluta Ses-
 sione libri Joannis Huffi fuerunt flammis
 traditi in platea Palatii Episcopalis, præ-
 sentibus Vaurensi & Olorensi Episcopis,
 duobus Legum Licentiatis, aliisque com-
 pluribus.

I 2

§. CX.